



Conspectus Contentorum.

1. Petersen. Joh. Vilh. *Reonum Christi defensionem, contra Mænamum.* Trpanti ad Noen? An 1650.
2. Sinceri Evangelii Conscriptione ex more Saisijis. Cgm. Si Ma-
teria von dem wahren heiligen Glauben hinter Rind An 1699.
3. Schwendmau Sam. *Institutio dogmatum von der gemachten Schelwig-
Dissertation.* An 1698.
4. *Institutio* auf einer Versammlung angesehener Universitäts-
Lehrer und Professoren zu dem Vater des Reichs in der Dreyer-
fährigkeit.
5. Philippi Jacobi Sprengel, *Epistola de Obvia Joh. Bened. Carpzovii*
An 1699.
6. *Projectio* der die Aufschrift der Kammer der Kaiserin in der
Lohn freientlichen Jüngern voranstalt. Halle. An 1698.
7. *Sacratae Synopsi* der Lehre von der Trinität und der Schelwig
An 1699.
8. *Stübels M. And.* *Novissima Disputationes.* An 1700.
9. *Gold. Reich mit Gold*, über den, was Antiquitäts-
An An 1699. In Markt gedruckt, ex. Insensura sunt Epistola
ad Numamiam, seu Heringum, Mayerum, Schelwigum, Bucher
et ad Pöppelium ex. Franckf. An 1700.
10. *L. P. P. H.* *Ephemeriden* Antwort auf die curio, Fragen
er die Länge der Jahre ad hunc Hoff, Röm. so pi nunc nur 6000
Jahre waren. Sancti. ad Moenum.
11. *Henr. Muhl* *de generatione Academiae de Apudici,* fz
senon *senone* ac *probatione* *scripturarum*. Jilioni 1698. auct.
gid. parentis de stud. prophetico.
12. *Anon* *Pauli* de *veritate* *Fundamentorum* quibus *Pontifici*
valde *fulden* *nunc* *professionem* *Filii* *tridentinae*. Halle, An 1698.
13. *Gold. L. A.* *qua* *colentibus* *conscientiis* *constituitur*. Halle, Mag.
An 1698.
14. *Gold. Harmonia* *fidei* *que* *justificatur* *cum* *fide* *quocumque*
justificari *deiq.* Halle Mag. An 1698.
15. *Gold. De* *antiquitate* *Ecclie*, *que* *max* *est*, *Lipp.* An 1698.
16. *Breicantli* *Jöach.* *In* *tri* *lacrymae* *et* *obitu* *per* *marco*
Joh. *Siretti*. Halle. An 1698.
17. *Varonii* *Auguf.* *Vera* *messia* *et* *Sibiac* *et* *De* *re* *et* *via*
Arcochii. An 1698.

18. Thomasi Christiani Theses Inaugurales de Jure Principis circa Haereticos. Halle. No 1697.
19. Programma Thomasi Christiani.
20. Frohnii Adolphi Selmeas Fidei viva. Nollentia.
21. In Romijum August. Majest. Einbo = Befehle mit demselben. Halle. No 1702. wid. die Leibesgen. Wid. Einb. etc.
22. Loetehens Walen. Ernest. Schwenkfelds Bism. in Pterisma tenant. Vindob. No 1705.
23. Anonymi de christliche und traufordrige Verpöllung der Halbsch. mit Eng. No 1695.
24. Mayeri Joh. Frid. Diff. Thes. de affectu scripturae in ordine ad uera Symptomata. Vindob. No 1685.
25. In unigen. Lutherijum Mäufre auf die Leupoldtsche Herruagen, Gult und geistliche Anstaltung mit Anonymi.
26. Meyenbergi Sigism. Formuli Patruum.
27. Richardi Barthol. Crist. Lund. Scribra, an St. Sigm. Reineccian. Ocipia. No 1209.
28. Alavi Abbat. Differt. de Mysterio Eccl. & Egia morali. Wiedeb. No 1682.
29. Gentschmanni Joh. Differt. Egia de Terrestribus. No 1702. Vindob. 1684.
30. Hammeckenii Phil. Ludov. Sylloge Egia, de Egia epist. p. Wiedeb. No 1703.
31. Gentschmanni Joh. ex v. 2071 & v. 2072, Heudolffianus. No 1. Wiedeb. 1681.
32. Reißneri Thom. Bonita mit ganz imbroch. al. f. Waag. Halle. & Halle. in. Halle. Leipzig. 1670.
33. Ferdini Jacob. Medicina mentis, Soud. v. angu. optica. Vindob. No 1709.

Dissert. theol. Vol. 14

Einzeln verzeichnet 15. II. 1915

JESU JUVANTE!

29.
30.

**SYLLOGE
THEOLOGICA,**
CONTROVERSIIS
MAXIME NOVIS REFERTA,
EX LOCO
DE
**THEOLOGIA, EJUSQVE
PRINCIPIO,**

Quam
SUB PRÆSIDIO
D. PHIL. LUDOV. HANNEKENII,
Profess. & Consist. Eccl. Assess.

PRO OBTINENDIS
In Theologia honoribus Doctoralibus,
Ex Cathedra Solenni
tuebitur

M. HENR. *Gottlieb* Schneider/
Archi-Diac. Ecclesiae Luccav. in Lusatia infer.

Horis ante- & postmer.

DIE XXX. Octobr. ANN. c15 15 ccIII.

WITTENBERGÆ, Typis CHRISTIANI GERDESII.

17

SYLLOGE
THEOLOGICA

CONTRORSIUS
MAXIME NOVIS REPERTA
EX LOCO

THEOLOGIAE ET
PRINCIPIO

D. PHIL. LUDOV. HANNEKENII

PRO OBTINENDIS
In Theologiae honoribus Doctoribus

M. HEINR. STORNIUS

WITTEBERGAE, Typ. CHRISTIANI GÖTTSCHE





DE

Theologiae natura & principio seu S. Scriptura.

Thef. I.



Theologia est sermo DEI communi explicatione, vi vocis & usitatae definitionis, de DEO ejusque voluntate, hominem ad viam salutis informans. Rom. III, 2. 1. Petr. IV, 11, ubi Professor Theologiae seu doctrinae salutaris dicitur, tenere & loqui

λόγια τῆ θεῶ, Sermones Dei; λόγος autem θεῶ est προφορικὸς ex interno productus, non qui ὑποστατικὸς sit, ut placet Marefio, quae locutio damnata est de Filio DEI, ut ab Ariani veniebat, in Concil. Sirmiensi, notante B. Dorscheo, in Collatione ejus p. 83. sed qui est producti seu προφορικῶ, Preformativus. Concilium Sirmiense ita habet: Si quis sermonem internum aut prolatitium dixerit esse Filium Dei, Anathema esto. Haec autem opponebantur Ariani, negantibus

A 2

λόγον esse Filium DEI substantialem, quem *Maresus* vere fatetur.

Thef. II.

Cicero L. 3. de nat. Deorum Theologos etiam vocat, qui de natura Deorum commentantur, unde & Theologia Ethnicorum dicitur; sed dubio procul *abusive* & *equivoce*, uti & hæreticorum audit, quæ revelationi salutari est adversa. Ponanus hic quasi in parenthesi, triplicem Theologiam fuisse Ethnicorum: *Fabulosam* Poëtarum, quæ in Theatris obtinebat; *Politicam* Sacerdotum, quæ in templis; *Mysticam* seu Physicam Philosophorum, quæ in scholis tenebatur. Quam Christiani profitentur Theologiam, non potest dici vera esse, nisi ab omni hæresi purgata. Ita cum eam profitetur Theologus Doctrina sincerus, sed moribus corruptus, & statu gratiæ elapsus, ea vera est, non æquivoce dicta, Theologia, quia ipso effectu Doctrinæ in Auditoribus suis est salutaris, quæ contra *Novatianos* & *Donatistas* veteres & recentiores, qui *Anabaptistæ* & *Pietistæ* audiunt, omnino sunt sedulo observanda. Neque enim Verbum DEI ejusque efficacia a Pietate docentis interpretis, sed ab Auctoritate & veritate primi revelantis dependet. Vid. *Philip. I, 18. 1. Thessal. II, 13.* Addimus hic notam ex observatione priscorum, *Johannem Apostolum* solum Theologum nominari in Apocalypsi, a sublimitate argumenti, quod tractavit, de Divinitate scil. τὸ λόγος, quam & *Aquila* comparant, ut Evangelistas cæteros, ex *Ezecheli* Propheta, suo adaptant argumento: *Mattæum* Effigiem tenuisse hominis, quia agit de humanitate Christi in Exordio scil. sui Evangelii; *Lucam* bovi comparant,

parant, a Sacrificio Zacchariæ, a cujus historia ipse orditur; Marcum Leoni a rugitu Johannis Baptistæ in deserto. *Ambrosius* omnes illas Ideas accommodat Seruatori, visionemque Propheticam explicat ita, ut asserat, figuram hominis ipsi tribui, quia natus sit homo ex Maria; Leonis autem, quia fortis fuerit; Bovis, quia victima pro mundo; Aquilæ, quia Resurrectio fuerit. Attinet hic observare tanquam in transitu, quomodo usurpanda sit Theologia Parabolica, quæ similitudinibus expeditur, quæ non inservit nisi applicata per analogiam fidei; & ita est varie applicabilis secundum diversa talenta Doctorum, qui ea pro illustramento doctrinæ utuntur.

Thef. III.

Theologia vera distinguitur in *Archetypam* & *Ectypam*; Illa est DEI de se ipso cognitio, quæ & humanitati Christi per unctionem supra consortes est communicata, *psalm. XLV, 8. Job. III, 4.* & ita audit *Theologia unionis*; Supra cœlestis sane & infinita hæc est cognitio, quæ in creaturam non cadit, nisi Deo intime in communicationem majestatis unitam. Hæc est Creaturarum de Deo notitia, quæ iridem sublimior est in Christo juxta humanitatem; in Angelis & Beatis major, quam in viventibus peccatoribus, adhuc in via ad cœlum constitutis, *1. Cor. XIII, 12.* contra negantes communicationem majestatis infinitæ Christo homini competentis, *Nestorianos, Samosatēnianos,* & illos in *Papistis* & *Reformatis resuscitados.* Christo secundum humanam naturam per unionem data sunt infinita dona, non tantum in *Supposito*, sive in persona, uti *Papistæ*

§ Reformati hic volunt (quia quæ supposito ante unionem sunt naturalia, non possunt post unionem eidem dici communicata seu data) sed in ipsa natura assumpta, quæ ipsa per unionem divinitis infinitis divinitatis est locupletata, *Col. II, 9*. In cujus humanitate male radicatur fides nostra, si dicitur carere divinis infinitisque ad redemptionem nostram faciendam axiomatibus, quæ aut naturaliter, aut communicative sunt in natura, in Salutem nostram operante. Quod Ectypos Theolog. non est infinita, uti est *Ἀρχέτυπος*, id non est argumentum, Ectypam Theologiam non esse ab Archetypa; Cum Deus ex Abyssu suæ cognitionis tantum largiatur Creaturis, quantum ille vult, & hæc capit; Uti erat Expressio imaginis divinæ in homine ad infinitam imaginem in Deum, contra *Sciolos quosdam novatores*.

Thef. IV.

Ectypa illa Viatorum Theologia est vel Naturalis *ad Rom. I, 19. cap. II, 14. 15. Act. XVII, 27. 28.* vel Revelata, quæ est Sapientia e supernis, potens sapientem facere ad salutem, *Jac. I, 7. 2. Tim. III, 15.* e gremio patris cœlestis a filio promulgata, omnem hominem illuminans, *Job. I, 9.* unde est Filiatio Dei, *vers. 12.* ad quam lumen insitum naturale nec assurgit, nec penetrat, tota adeo ratione sui recessus ineptum ad salutis investigationem, non tantum ideo, quia ignorat modum reconciliationis cum Deo, ut autumant *Cartesiani*; Sunt enim in nexu salutis & alii articuli præter modum reconciliati mundo Dei, qui lumine naturæ non pervidentur. Naturalis Theologia de communi consensu gentium & proprio mentis testimonio, discursuque ex conspectu naturæ

naturæ est asserenda, Contra *Atheos & Socinianos*; Non esse autem eam Salutarem, cum salus sit a sola revelatione, docendum est adversus *Naturalistas*, profitentes naturalem quandam & communem, eamque salutarem etiam religionem, *Campanellam*, per id argumentum male de Atheismo triumphantem, *Spinosam*, *Hobbesium* pariter, ejusque *quinguarticularum* salutis commentum. (*Primo*) Esse DEum Summum, (*Secundo*) Esse colendum, (*Tertio*) partes cultus esse virtutem & pietatem, (*Quarto*) De peccatis esse dolendum, & vitam corrigendam; (*Quinto*) præmia expectanda bene operantibus; pœnas autem manere operantes male, in hoc & futuro sæculo. Vid. *Herbert. de Religione Gentil. c. 1. Quæ Religio salutem addicit gentibus eruditis, virtutemque moralem sectantibus; adimit autem fidelibus Veteris Testamenti, & Christianis Novi. Quod Orci commentum est.*

Thes. V.

Theologia est operativa, adeoque in finem tendit, quæ est *Religio*: Quam dicimus esse rectam cognoscendi colendique Deum rationem, quæ sola apud Christianos invenitur, & horum adeo, omnibus aliis exclusis, tantum est vera Religio, aut non est vera in toto orbe. Hæc cum pura est, absque fundamenti corruptione, salutaris est; & quidem citra ullum dubium salutaris. Cum impure fluit, periculo damnationis oneratur, nec finit salvari hominem, nisi combustis tentationum igne superstructis fundamento stipulis, *1. Cor. III, 12.* Adversus omnes non Christianos, & Syncretistas, & eos, qui ab instinctu Cultus divini naturali protinus naturalem comminiscuntur religionem, ut *Cartesianis*

fiani; & contra illos, qui religionem cum infallibili confidentia status & placidæ mortis expectatione non possunt componere, ut sunt *Hæretici* omnes & *Schismatici*. Conf. *Matth. XV, 9*. Frustra me colunt docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum. *1. Cor. III, 11. cap. V, 6. Gal. VI, 16. Coloss. II, 18. 23.*

Thef. VI.

Theologia *ἐπιτοπος* consideratur (1.) *disciplinarily*, in Systemate doctrinæ, unde & *Positiva* audit, & *Scholastica*, quæ posterior tamen nimium disciplinaris seu Philosophica reperitur esse, a *Lombardo* orta, sed usu suo non destituta; & *Positiva* vel *didactice* tantum vel *Polemice* etiam traditur, ad quas referuntur denominationes *Theologiæ Casuistica*, vid. *Bussenbaum in Theolog. Casuum*; *Ascetica*, vid. *Nürnberg. in Theol. Ascetica*; *Patristica*; vid. qui *Patrologias* scripserunt, *Gerb. Eckardus* ex nostris, & historia literaria *Clarissimi Angli Carsei*. Vel consideratur (2.) *Habitualiter*, uti est *Habitus* intellectus eminentis, omnes superans disciplinas Philosophicas, & ita ad habitus Aristotelicos non referenda, quos omnes tamen suo recessu continet, & simul superat. *Habitus* est *Acquisitus*, ad infusus tamen etiam accedens. *Habitus* a DEO datus, practicus, & ordinarie non absque studio nostro comparandus, *1. Tim. IV, 16. 2. Tim. III, 14*. Contra nimium rigurosos *Theologiæ Scholasticæ Ofiores*, & *Aristotelicæ amatores*, & qui mera *Scripturarum* phrasi volunt in *mysteriis* uti explicandis, quomodo nec ex latibulis protrahi possunt hæretici, scripturis se occultantes, falso licet applicatis, & abolendi essent termini multi adversus veteres hæreticos in *Ecclesia Orthodoxa*

re-

recepti, quemadmodum Tractatio Conciliorum Oecumenicorum multis Exemplis evincit.

Thes. VII.

Theologia vero non tantum est *Noëtica*, in simpliciterminorum revelatorum apprehensione subsistens, sed etiam *Dianoëtica* & discursiva, colligens aliud ex alio, & argumenta connectens; quæ conclusiones & collectiones orthodoxi Doctoris ut pronæ sunt & faciles, ita de fide sunt, quamvis non omnes eadem necessitate credendi stringant Fideles. Inanis autem est distinctio *Papæorum* Doctorum, inter *Conclusiones fidei*, quæ sint auctoritate Ecclesiæ expressæ, & inter *Conclusiones Theologicas*, quæ sint deductæ a Doctoribus, distinguendum. Cum expressæ ab Ecclesia particulari, qualis est Romana, tam possint esse erroneæ quam potest esse opinio quædam privati Doctoris; & quæ vere deducuntur a Doctoribus fidei, tam sint expressæ & de fide, quam sint illa revelata, ex quibus deducuntur; uti *Paulus* Resurrectionem mortuorum demonstrat ex resurrectione Christi, & fidem nostræ resurrectionis, licet a Resurrectione Christi deductam, tam vult esse expressam, quam est ipsa resurrectio Christi, *1. Cor. XV.* Quæ tenenda sunt contra *Photinianos*, consequentias non esse de fide obtinentes, similesque insulsos Scripturarios, qui logicæ ministerium vellent e Theologia proscriptum, quales hodie sunt *Anabaptistæ & Pietistæ*, quorum posteriores in initio Collegiorum, quæ vocabant pietatis, Francof. ad Mœnum institutorum, adeo nihil volebant controversiarum in suis conventibus moveri, ut etiam Logicæ usum ministerialem suis auditoribus

ribus prohiberent ; Quæ insulſa admodum eſt veræ Theologiæ ſecundum Scripturas informatio, quæ rationis uſum a perceptione myſteriorum ſalutis non alienat.

Theſ. VIII.

Cum enim homini intelligenti revelata ſint myſteria Salutis, non debet is certe exulare a ſua ratione, cum in litera hiſtorica illa percepit, ſed uti ſubjugatione mentis debet percipere id, quod eſt ſupra omnem Creaturæ intellectum, ſola dicentis ſpiritus auctoritate *1. Cor. II, 14. 2. Cor. X, 5.* Ita in perceptis nunc debet ſapienter, prudenterque, juxta datam gratiam verſari, ut cultus ejus non ſit *ἄλογος*, ſed *λογικός*. *Eph. V, 10. 17. Rom. XII, 1. 2.* Uſus igitur *quadruplex* docetur eſſe *Rationis* in Theologia, qui in mero miniſterio conſiſtit, *arguendi ſcilicet, inferendi, conferendi, illuſtrandi*, quos inter primus uſus, (quo ex ipſa ratione, quantum illa in confutandis hæreticis præſertim, ut principio Contradictionis argumentantibus, confert,) non eſt principalis dicendus, tanquam in eo fingantur rationes ad Convictionem & illuminationem, ſaltem pro credibilitate validæ, utut ille uſus non tantum per modum organi quo, ſed etiam mediis ex quo argumenta ſumuntur, ſit conſiderandus; non tamen habet præ cæteris uſibus prærogativam, cum potior virtus ſit in illatione per Conſequentias; & in Collatione per parallela, quam in argumentis ex ratione petitis, Contra *Mareſum loco ſystem. primo §. 19.* Nec ſatis proba eſt miniſterii illius æſtimatio, cum rationis argumenta dicuntur occaſionaliter inſervire accendendo Spiritui S. cujus certe
ignis

ignis non est ab humana ratione, sed ab efficacia verbi, quod ministerio rationis propositum & declaratum, naturali efficacia in animis operatur, nihil adminiculante, ad effectum Spiritualem, ratione, *1. Cor. II, 13.* Contra *Photinianos & reformatos*, rationis ministerium nimium evehentes; & pariter contra *Fanaticos*, & cum ratione ipsa insanientes *Entusiastas*.

Thef. IX.

Conclusiones Syllogismorum de fide non concludunt, nisi utraque præmissarum habeat fundamentum in revelatione, id est, Si altera præmissarum etiam lumine naturali patet, non tamen nisi in verbo Dei confirmata nexum habet ad Conclusionem de fide inferendam. Theologi tamen alii hic aliter, in re ipsa nobis consentientes, quorum argumenta non fastidimus, modo faciliorem explicationem non jubeamur dimittere. Interea Principium Theologiæ cum ejus argumentis, quæ varia possunt esse ex variis petita locis, non est confundendum, & vel *necessaria* sunt, vel *probabilia*; Illa ex verbo Dei, hæc aliunde desumpta. Habent & *Symbola*, veræ ecclesiæ *normæ* rationem, sed *secundaria*, & quæ dirigat modos loquendi in Ecclesia usitatos, quibus per juramentum recte obligantur, qui officiis præsertim publicis præsunt, quæ suo loco de Ecclesia ventilabuntur.

Thef. X.

Principium Theologiæ unicum est Verbum Dei scriptum, ante Moysen sola voce traditum, Patriarcharum

longævitate & revelationis frequentia custoditum ; non distinctum a non scripto, nisi modo propositionis, cum quo perperam a Papiſtis *traditiones non scriptæ* componuntur, quæ verbum Dei non sunt, seu scriptum dicatur, seu Non scriptum, quoniam verbo scripto sunt contrariæ. Vid. *2. Tim. III, 16. & seq. Rom. XV, 14. Luc. XVI, 29.* Quibus locis omnia dogmata salutaria revocantur ad divinam revelationem. Et cum principii hujus efficacia sit ipsi naturalis & divina, uti femini in terram projecto sua vis est naturalis, *Marc. IV, 26. seqq. & Spiritus Sanctus verbo unitus agat in Cor hominis, 1. Theſſ. II, 13.* fanatica dubio procul & hæretica est opinio *Pelagianorum*, viribus naturæ, saltim ratione voluntatis adscribentium hominis Conversionem ; Pariter & *Weigelianorum, Rathmannianorum, Pietistarumque*, verbum pro nuda Creatura habentium, cui efficacia, præfertim extra usum, salutaris desit, nisi Spiritus Sanctus sua actione accedat, quem Crassum in *Pietistis* fanaticissimum Theologi Excellentissimi *Dantiscani* ex ipſo *D. Spenero* ad oculum demonstrarunt, & ut abominabilem sanæ doctrinæ errorem redarguerunt. Dn. *D. Schelwigius* in *aurea Synopsi* nuper admodum edita *Controversiarum* sub pietatis prætextu motarum, *artic. 3. qu. 3. & seqq.* qui liber propter hodiernas controversias adversus *Pietistas & Chiliaſtas* merito in quotidianum usum a Dn. auditoribus vocatur ; & *Dn. Bücherus* in *Platone mystico* præfat. §. 2. *seqq.* Utut enim Deus sensum æternæ suæ voluntatis exteriori linguæ & literis involvat, non tamen ab externo hoc verbum ipsium debet dici esse nuda creatura, cui perperam inniteretur fides *Credientium*, nec ejus origo a verbo possët divina & in-

infallibilis credi. Vid. 1. *Petr.* 1, 13. & Dn. *Sebastiani Edzardi* Professoris Gymnasii Hamburg. Viri varia Eruditione & veræ pietatis exercitio in magnum ecclesiæ veræ subfidium inclarescentis, Disputatio de Enunciationibus Contradictoriis, qua absurdissimum *Weigelii* commentum De necessaria compositione sive unione enunciationum contradictoriarum ad Scripturarum explicationem facili veritatis via & solidissime confutat. Omne verum in Theologia etiam falsum dixit esse *Weigelius* & omne falsum esse in mysteriis verum, quo posito fundamento omnis lis in Theologia fit in pacem coalitura; & hunc demum esse verum Theologum, qui sciat contradictoria in Theologia esse simul vera & falsa.

Thef. XI.

Est igitur Scripturarum S. Autoritas divina & infallibilis, semetipsa in animis fidelium satis manifestans & asserens, 1. *Thess.* II, 13. *Hebr.* IV, 12. *Rom.* 1, 16. Quicquid contra nitantur *Athei* & *Profani*, quique ab autoritate Ecclesiæ, quod *Papiste* faciunt, eam arcesunt, & qui in Historia amanuentium Spiritus S. & lingua originali asserenda, argumentis mere humanis nituntur, ut *Arminiani*, *Sociniani*, quique ex sensu certo, cujus se sibi conscios esse dicunt, per suam in mente perceptionem, divini verbi certitudinem derivant, ut *Cartesiani* & *Pietiste*, qui conceptum verbi divini existimant eum esse sensus divini, quem ipsi habent; & qui sensum convincendi Spiritui Sancto identidem præferunt *Reformati*. Mirabilia enim Legis divinæ ex refectione oculorum intellectus manifestantur, *Pf.* CXIX, 18.

& Deus jubet e tenebris lucem splendescere, quæ vis est convincentis spiritus in verbo, rationem & sensum subjicientis & supplantantis, in veram notitiam gloriæ Dei. 2. Cor. IV, 6.

Thef. XII.

Cum *Pietistica* Syrraxis in hac causâ de Divina scripturarum autoritate, maxime corradat, quæ *Rathmanni* insulsum commentum & *Arminianorum* syncretistica subtilitas in Ecclesiæ profcenium protrusit, ex ipsorum verbis cognoscemus, nil esse solidæ in animis illorum veritatis, quoniam multa pro divinitate verbi videntur gloriari. Hæc enim Thesis fidei mente est recondenda: *non posse credi sincera fide Scripturarum autoritatem, nisi credatur illa naturali sua efficacia divinitatem in animis hominum asserere & prorsus evincere, ut Thesi præcedenti jam docuimus.* Videbimus autem hic, quid *Rathmannus* teneat in Hypothesibus suis de *Gratiæ regno Christi* quod vocat. (1.) Lumine gratiæ Moses, Prophetæ & Apostoli a Deo sunt donati; DEUS enim in animam & cor ipsorum verbum suum impressit, unde illuminati in Scripturam effuderunt, quæcunque Codice S. continentur, 2. *Tim. III, 6. Esâ. XXXIV, 16. Rom. XV, 18.* (2.) Externe igitur in chartam effusa ab illuminatis ita Viris est scriptura, adeoque verbum externum ab illorum lumine accensum, testimonium scilicet voluntatis diviniæ, ejusque miraculorum, ut externo illo testimonio in virtute Spiritus Sancti ad DEUM conversi salvemur. (3.) Verbum id externum ut manus quædam Mercurialis ostendit, docetque viam; quem-

quemadmodum imago Regis ex pictura docetur *ob-*
jective, unde rex ipse conspectus possit agnosci. Ita ex
verbo DEUS & ejus voluntas ostenditur. (4.) Ad assen-
sum autem in Corde præbendum requiritur Spiritus
Sancti illuminatio, quam externo illo verbo, ut ex signo
suae voluntatis, facit; Inde porro oritur verbum *inter-*
num. De quo ita fanaticus Spiritus: **Denn so das**
Wort GOTTES / welches die Propheten und Apo-
stel gehabt haben / innerlich und in die Schrift ge-
bildet ist / eufferlich auch noch heutigs Tages soll in den
Herzen der Menschen auffgehen; Als muß das
ewige Wort oder der Heilige Geist durch Erleuc-
tung in und aus der Schrift solches schaffen. Ubi
peccat confusor veri & falsi (1.) *amanuenses Spi-*
ritus Sancti scripsisse ex habitu infuso & continuo, & suo in-
de arbitrato; qui certe scribebant ex actu Spiritus illu-
minantis, inspirantis & instigantis. 2. *Petr. I, 21. Luc. XXI,*
15. (2.) *Verbum id externum habere originem ab habitu*
illo amanuensum, unde effectus ejus non sit, nisi indicii
& externæ significationis; cum Scriptura Sacra origi-
nem habeat ab agente Spiritu Sancto *ejusque virtus non*
in significatione externa, sed interna potentia ut verbum vi-
re est, ostendatur. Job. VI, 63. 68. Hebr. IV, 12. Rom. I, 16. (3.)
Verbum externum ab interno separat, & hoc efficac
dicit in salutem, non illud, quod *pro statua Mercuriali &*
imagine picta tantum intersiat; cum Verbum DEI
sensum divinæ voluntatis habens, scriptum sit idem &
inspiratum, nec diversus modus proponendi verbi di-
vellat virtutem naturalem propositi. 1. *Theff. II, 13.* (4.)
Spiritum Sanctum cum verbo confundit, qui Auctor est ver-
bi; & sine Scripturis eum vocat verbum æternum, imo
contra

contra Scripturas eam denominationem filio DEI tantum tribueantes, *Johan. 1, 1.*

Thef. XIII.

Uti Scripturæ habent efficaciam internam naturalem ad convertendos homines, & in fide confirmandos, ita tota doctrina illarum est efficax ex se ipsa, non tantum ab existimata ejus Sanctitate; promissorum magnitudine; & miraculorum virtute, uti *Arminiani* docent, Vid. a *Limborch. Theolog. Christiana Lib. 1. cap. 4.* quæ historica sunt argumenta, & pertinent ad fidem insignem humanam. Imo cum expressè *Arminianus* Auctor ille neget, ecclesiam de librorum sacrorum divinitate testari, quæ tantum de Scriptoribus quod genuinæ sint, historice testetur, ideo tollit efficaciam internam, qua suam divinitatem in cœtu sancto scripturæ evicerunt, quemadmodum ipsa convictione suæ auctoritatis fideles congregarunt, ecclesiamque constituerunt. Per verbum enim divinum est Ecclesia, ubicunque est; uti per verbum est fidelis quicque, *Rom. X, 14. Galat. III, 5.* Inanis est metus *Doctores Arminiani* de Circulo, qui committatur in demonstratione Autoritatis scripturarum per ecclesiam, & hujus per illas; *Papistas* quidem hic sinimus deerrare, autoritatem scripturarum ab autoritate ecclesiæ deducentes; aut testari ecclesiam de autoritate scripturarum tam non est vitiosum docere, quam verum est, ecclesiam esse scripturarum effectum; nec posse ecclesiam demonstrari absque divinis Scripturis; ita non est circulus vitiosus cum ex Spiritus Sancti convictione interna verbo divinitas
afferi-

asseritur scripturarum; & vicissim ex scripturis affir-
matur internum Spiritus Sancti testimonium. Non
certe ita ab officio suo gratioſo divelletur Spiritus San-
ctus convincens, ut, cum per verbum agit, non debeat di-
ci de verbi sui efficacia & auctoritate in animis audien-
tium, aut legentium, testari; Sive ut facilius rem ex-
primamus, Spiritus Sanctus suæ mentis verbo nun-
quam abest, & asserit auctoritatem uti suam, ita & ver-
bi sui divini in omnilegente aut auscultante verbo quan-
tum attinet intentionem suo verbo agentis Spiritus San-
cti. Vanissimus est merus remonstrantis Doctoris, quod
ita convincere velle homines de Scripturarum auctori-
tate, sit velle convincere ex spiritu privato. Deductio
enim hominis increduli aut dubitantis ad illa convin-
cendi intra animum spiritus testimonia, non est dedu-
ctio ad Spiritum privatum, sed ad infallibilem fidei di-
vinæ originem, quæ ordinarie nusquam nisi in verbo
scripto reperitur. *Rom. I, 16. XV, 4.* Parilis est vanitatis
merus per Ecclesiæ testimonium suspendi auctoritatem
Scripturarum a testimonio humano, cum aliud sit *testari*,
aliud *auctoritatem largiri*; & cum humanum dicitur Ec-
clesiæ testimonium, quia ab hominibus præstatur; tamen
ut est effectus gratiæ per verbum, non est humanum
quid, sed divinum; uti est fides per verbum accensa Do-
num Dei divinum & salutare, non humanum. Nec
debet usquam quæri via salutis, quam in verbo scriptis
revelato, quo pertinent illustria dicta *Deut. XII, 8. 32.* ne
facias quicquid, quod tibi rectum videtur, sed quicquid
Tibi præcepero, illud facito, *Es. VIII, 20.* ad legem & te-
stimonium extra quæ non est matutina Lux. *Luc. XVI, 24.*
habent Mosen & prophetas, hos audiant; *Rom. XV, 4.*
C quæ

quæ scripta ante sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per tolerantiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Quæ observatione necessaria & necessitas Traditionum seu verbi DEI non scripti tollitur & suspecta redditur; Enthusiasticis etiam revelatōibus larva omnis detrahitur.

Thef. XIV.

Catalogo *liberorum Canonicorum* nil demi potest, nec addi, a Spiritu Sancto ita constituto, & in Ecclesiæ thesaurum, omni fideli & desideranti communicabilem, illarum. Ecclesia non potest librum cannonizare, ut somniant *Papiste*; nec ipsi sancti amanuenses omnia sua scripta potuerunt, aut voluerunt, in sensum illum sublimem referre, ex quibus multa periisse, a Spiritu Sancto in canonem non destinata, haut incongrue dicitur. De ipso autem Canone unicum periisse libellum falsum est, & providentiæ divinæ adversum. Contra *Papistas, Stapletonum* & similes, nugantes, posse ecclesiam numerum liberorum Canonicorum augere; scilicet ut in eam auctoritatem apocryphi libri evehantur, quos *Judeorum Synagoga* veluti eloquiorum divinorum custos, non agnovit, *Rom. III, 2. Ps. CXLVII, 19.* Et contra profanos alios, *Anabaptistas*, qui ingruente testamento N. libros V. T. dicunt esse antiquatos; & *Socinianos*, Libros V. T. in rebus Christianæ religionis admodum tenuiter æstimantes; cum Christus & Apostoli ad alios non provocarint. Vid. *Job. V, 39. Luc. XXIV, 27. Act. XXVI, 22. Rom. XV, 4.*

Thef.

Thef. XV.

*Originalis textus non ratione Autographorum, qui non amplius comparent, sed ratione apographorum fidelium nobis dicitur, Dei providentia, & sic pro Verbi sui integritate, ad populum suum informandum, paterne advigilante. Videtur Deus noluisse autographa alicubi superesse, (1.) ne crederetur, per ea ibi verius aut efficacius esse verbum, ubi autographum teneretur. (2.) ut fideli transcriptione & apographorum custodia luculentior fieret & amplior inter homines, voluntatis divinæ promulgatio. Transcriptiones certe librorum sacrorum prophetis jubentibus & recognoscantibus factæ sunt, vid. *Nebem. VIII, 1. seq.* versiones omnes ad textum illum originale Hebræum V. & Græcum N. T. qui immediate a Spiritu Sancto est suggestus, merito exiguntur apud eruditos. Cæteri fideles versionibus informantur tam efficaciter, quam eruditi lingua originali; Spiritu Sancto sensum salutis & per versiones gratiose imprimente. Ita Timotheus, licet patre Græco genitus, & inter Hellenistas, apud quos nullus erat tunc temporis Cod. Hebræi usus, ut Eruditis constat, dicitur tamen a pueritia sacras literas novisse, quibus informatus sit ad salutem, in qua debeat permanere, *2. Tim. III, 15.* ubi attendenda sunt illa Hieronymiana: *Non in verbis scripturarum est Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.* Contra eos, qui *versiones nimium extollunt*, uti nonnulli in Papatu textum Hebræum ad versionem Græcam *Alexandrinam*, quæ fabulose dicitur LXX. seniorum (Vid. Rivetus*

in *Isagog. Scripturæ ad banc causam*) & ad vulgatam Latinam volunt exigi, absurdissimo commento; Et pariter contra *Coccejanos & Pietistas*, vellicantes versiones, & germanicam B. *Lutheri* nunquam fatis evehendam, ut & sic væ fiat ecclesiæ nostræ orthodoxæ, multis cavillis allatantes. Certe *Lutheranæ versionis pretium* & *Papistæ* agnoverunt, qui *Lutheri* nomine omisso *Embserum* editioni præfecerunt, *Luthero* vivente adhuc & non refragante, qui revelationem veritatis evangelicæ & hoc modo volebat propagatam. Prodit hoc seculo *Moguntia* versio Germanica *Papæa*, quæ *Lutheranam* omnino imitatur. vid. Dn. D. *Schelvig. in Synopsi controversiarum sub pietatis prætextu motarum, Loco De Sacra Scriptura, §. 12.*

Thes. XVI.

Dictum *Augustini Lib. 2. de Doctrina Christiana c. 6.* diluit objectiones, quibus solet a *Papistis* & aliis profanis scripturarum claritas in necessariis ad salutem vellicari: *Magnifice* inquit *& salubriter Spiritus Sanctus* ita scripturas modificavit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus aut fastidium detergeret; nihil enim fere de obscuritatibus illis eruitur, quod non alibi plenissime dictum reperiatur. Neque enim possumus disceptari, in multis nobis non constare infallibili explicatione de scripturarum sensu, & meris conjecturis lactari interpretes, eos etiam, qui velent acu difficultatem retigisse. Ceterum in absolute ad salutem necessariis ita est pervia & facilis, ut & semet, sine exercere diligentiam nostram & inquisitionem spiritui Sancto in aliquibus visum sit, clarissime aliis locis ipsa exponat. *Quæ igitur indocti & parum stabiles Lectores vitio suo detraquent*

quent in suum exilium, ut Petrus loquitur, de quadam Epistolarum Paulinarum difficultate, 2. Petr. III, 16. non arguunt scripturas obscuritatis, sed lectorum vitium & perversitatem ostendunt. Interea & in clare propositis accusanda est & agnoscenda nostra imbecillitas, & plenum illuminationis tempus in futura expectandum vita juxta 1. Cor. XIII, 9. seqq. manent igitur semitis nostris lumen scripturae, licet ubique nobis non sint satis explicata, Ps. CIX, 105. quarum scrutinium nobis demandatur, Job. V, 39. contra Papiſtas & Fanaticos, qui immediate revelationis somnio magis gaudent quam scripturis, & signum dicunt illas divinae mentis, non efficacis efficiendae fidei instrumentum, ut Pietistae quemadmodum contra D. Spenerum Dn. Bücher in Praef. Platon. mystici eicit. Via illuminationis per verbum est succesſiva; quae hodie & cras non protinus capimus, ea de futuro affulgebunt, ne & hic meritis laboris nostri quicquam tribuamus.

Theſ. XVII.

Pesſime scripturarum claritatem interpretantur Sociniani & Arminiani, quae rationi nostrae ita conformentur, ut alio lumine non indigeamus. Quos ut confitentur Reformati, ut qui rejiciant necessariam Spiritus Sancti illuminationem; ita tamen & ipsi perperam de ea sentiunt, cum verbum externum esse inefficax citra Spiritus Sancti internam motionem dicitant, idque in actu suo diserte ab efficacia nativa separant, contra Spiritus Sancti sententiam, ipsamque experientiam, Marc. IV, 12. Esa. VI, 9. Vobis datum est nosse mysterium regni DEI, ut audientes audiant & intelligant & convertantur, & remittantur eis peccata; quemad-

modum obnitentes prædicationi, ut videntes, non cer-
nunt, & audientes non audiunt, nec intelligunt. *Matth.*
XIII, 4. Semen natura fructificat, & verbum diversis agris
commissum, ut semen retinet, vim fructificandi natura-
lem, licet in omni agro non sequatur effectus, *Hebr. IV, 12.*
13. Vivus est sermo DEI &c. *Rom. I, 13.* est potentia ad salu-
tem omni credenti, *1. Cor. I, 18.* est potentia Dei his, qui per
illud servantur. Conf. quæ supra habuimus adversus
D. Spenerum. Quod *Arminiani* claritatem consequentia-
rum in scripturis ita volunt radiare, quæ sua luce omni-
um animis se manifestet, id fuit etiam Collegiorum pietati-
ficorum in lectione Scripturarum argumentum, quo
omnem Lectorem ad interpretationem scripturarum
volebant admissum, & Prophetam esse, & publice doce-
re, contra ordinem & praxin ecclesiæ primitivæ *1. Cor.*
XII, 28. cap. XIV, 28. 33. Epb. I, 11. 12. A claritate Scriptura-
rum est iudicium & decisio controversiarum, tanquam
a viva voce ipsius Spiritus Sancti supremi iudicis, ut
adeo nil opus sit summo & universali aliquo iudice inter
homines, qui eam sustineat personam, ut *Papiste* pro suo
Papa loquuntur, absque Scripturis, imo contra regimen
Spiritus Sancti in regno Christi, qui uni homini non
communicatur, sed exercetur consilio multorum, eo-
que non absoluto, sed ad revelationem ipsam reducto
& ex illa desumpto.

Thef. XVIII.

Sensus literalis scripturarum est unicus, quem non
multiplicat respectus Antitypi in re sensus illius literalis,
e.g. Cum agno paschali os non est confringendum, sen-
su literali id erat observandum, ne agno os confringere-
tur.

111
tur. At in respectu antitypi, qui Christus erat crucifixus, etiam Christo non debebant crura frangi, passo ex mandato Dei; qui respectus in re aut typo non duplicat sensum, sed Antitypum ex typo explicat. Ita varie sensus literalis, seu literalis sensu tradita res potest applicari. Inde sensus scripturarum solet dici quadrigeminus, *Literalis, Allegoricus, Anagogicus, Tropologicus*. Qui tres posteriores sunt accommodatio primi. Alii dicunt, sensum Scripturarum esse geminum, *literalem, & mysticum*; Mysticum aut tripliciter digeri, & alium esse Allegoricum, alium Anagogicum, alium Tropologicum, ut habent diversa Ecclesie Doctorum talenta ita & in uno aliquo illorum sensum applicato & usurpato, alii præ aliis excellerunt. In *literali Hieronymus*; in *allegorico Ambrosius*, in *Anagogico Augustinus*, in *tropologico Gregorius*. Fanatici calumniatores Lutheranismi, chiliaste, scripturarum sensum figuratum, seu scripturas figuris Rhetoricis involutas vellent ubique proprie explicare, ex qua falsissima hypothesi forsan nuper *D. quidam Pietistarum* Aulicus negavit, *Spiritum S. in suo verbo loqui figurate*. Quod tam est absurdum, quam est erroneum & hæreticum, Christum in V. T. variis figuris non esse denotatum & prædicatum, quo facto negaretur, novum Test. in veteri contineri, & vetus ex novo esse explicandum. Ita falleret explicatio de vocato Christo ex Ægypto, *Mattb. II, 15. Hof. XI, 1*. Falleret victimarum, agni paschalis, cæterarum que figura, nisi Christus in illa dicatur intellectus. Ubi notandum est Axioma exegeticum piorum Doctorum: *In re typi aliquando precipuum respectum esse ad Antitypum* uti erat in figura agni Paschalis; *aliquando aut quedam tantum in typo ad Antitypum referri, præcipua sermocinatione subsistente in soloty po, citra respectum antitypi*, e. g. *2. Sam. VII, 12. sq.* in Salomone pro-

promittitur Davidi regnum Mesſianum, ut tamen ſimul illa tradantur, quæ uni Salomoni non Meſſiæ conveniunt v. 14. ſeqq. Quæ & propter *Judeos* obſervanda ſunt, dilutis admodum explicationibus in typis & prophetiis indolgentes, ut ſublimia de Chriſto vaticinia obſcurent.

Quid ſentiendum ſit de opinione *Cocceji* & aliorum, qui ſenſum *textus originalis* talem eſſe dicunt; ut *quomodocumque explicetur ſecundum verba, ita credendus ſit Spiritus S. cum intendiſſe*; ſeu verba Scripturarum quovis loco id omne ſignificare, quod ſignificare poſſunt; ex veritate ſenſus literalis facile dijudicatur, qui unus eſt, ut ipſa immutabilis veritas eſt una, nec poteſt Spiritus S. alium ſenſum intendiſſe, quam quem verba in tota connexione contextus inferunt; alioquin multæ vanæ & aliis ſcripturarum locis contrariæ, ut ſit, proh dolor! inde futuræ eſſent explicationes, & verbum DEI non daret fidem ſalutarem, ſed meras opinionum Phantaſias gigneret; quod quam ſit impium & infulſum dicere ac docere, in ſchola fidelium facile dijudicatur. Interea, cum de ſcopo textus conſtat, id poſſumus largiri, vocabulum quoddam amplioris ſignificationis ad illuſtrandum ſcopum aliter ac aliter poſſe applicari, idque Spiritus S. intentioni non eſſe adverſum.

COROLLARIUM.

Duo Spiritus S. officia ſunt, alterum, quod per legem, alterum, quod per Evangelium exerit, utrumque divus Apoſtolus Paulus conjungit, his verbis: Non accepitiſtis Spiritum Servitutis iterum ad timorem, ſed Spiritum adoptionis; quando Spiritum S. ab utroque denominat, & Spiritum Servitutis ſimul & Spiritum adoptionis appellat. *Rom. VIII, 15.* Hinc intempeſtively ſapiunt, nec mentem Apoſtoli capiunt ſatis, qui Spiritui Sancto hanc denominationem & cum eadem totum officium legale derogant. Ratio quæ adducitur, ratione caret, quaſi indignum Spiritu Sancto ſit appellari Spiritum ſervilem ſeu ſervitutis, nam ipſumet Apoſtolum carpunt, qui per hanc phraſin, non *ſubſective* Spiritui Sancto tribuit ſervitutem, ſed *effectively* peccatores intelligit, a Spiritu Sancto per legem ſubjugatos & in ſervitutem redactos. conf. *Job. XVI.* & vid. Balduin. *Comment. in h. l.*

Umg.-Büch

VI-12.

ULB Halle
002 724 804

3




56

Vb 17

7
1





JESU JUVANTE!
**SYLLOGE
THEOLOGICA,**
CONTROVERSIIS
MAXIME NOVIS REFERTA,
EX LOCO
DE
**THEOLOGIA, EJUSQVE
PRINCIPIO,**

Quam
SUB PRÆSIDIO
D. PHIL. LUDOV. HANNEKENII,
Profess. & Consist. Eccl. Assess.

PRO OBTINENDIS
In Theologia honoribus Doctoralibus,
Ex Cathedra Solenni

tuebitur
M. HENR. Gottlieb Schneider/
Archi-Diac. Ecclesiae Luccav. in Lusatia infer.

Horis ante- & postmer.

DIE XXX. Octobr. ANN. c1o 1o ccIII.

WITTENBERGÆ, Typis CHRISTIANI GERDESII.